loco clarius patebit,& in ſubſequẽtibus etiã erit manifeſtum.

¶ Paulus 3. Romæ apud Sanctum Marcum, 13
anno Incarnationis Dominicę.1549. 15. Kalẽ. Nouemb. Pontificatus ſui anno. 15. Conceſsit Ignatio bonę memorię Societatis inſtitutori, & aliis generalibus Præpoſitis protempore exiſtentibus, vt per ſe, vel alios adid per eos, pro tempore deputatos, omneſq;, & ſingulos eiuſdem Societatis ſocios, & perſonas ſub eorum obedientia diſciplina,& correctione, pro tempore degentes, ab omnibus & ſingulis eorum peccatis, ante, vel poſt ingreſſum, indictam Societatem,per eos commiſſis, nec non à quibuſuis Excõmunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis, & ſęcularibus ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel abhomine quomodolibet latis & promulgatis, & huius modi ſententiis innodatos,aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto, diuina officia celebrantes,& ſuſcipientes ordines, ſic ligatos,& propterea irregularitatem incurrentes, abſoluere, ac cum eis, [cũ diſpẽſatione eguerint,] diſpẽſare poſsint niſi exceſſus abſoluendorum, & diſpenſandorum huiusmodi adeò graues, & enormes fuerint